



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Philippicæ Sive Invectivæ LX. In Notorios Peccatores

Hartung, Philipp von

Egræ, 1687

Philippica 1. in peccatores in inveteratos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76172)

PHILIPPICA I.

In Peccatores inveteratos.

DOMINICA I. ADVENTUS.

Respicite, & levate capita vestra. Luc. 21. v. 28.

S. 1.
Ad peccitentiam excitat Ecclesia.



Peccatores profundo flagitiorum somno immerfos, sepultosque excitare ad feriam poeni udinem, veramq; animæ vitam satagit Sancta Mater Ecclesia in hac prima Adventus Sacri Dominica, dum in Epistola Missæ Pauli ore intonat: *hora est, jam nos de somno surgere. Rom. 13. v. 11.* imò ipsummet vivorum ac mortuorum inducit Judicem ita momentem: *respicite, & levate capita vestra, surgite, qui dormitis, & exurgite à mortuis, nè æternam in noctem, mortemque irata Nemesis vos deturbet.* Usquequo peccatores gravi corde divinâ abutemini clementiâ? gravissimòque flagitiorum sopore sepulti divinas inspirationes ducetis pro somnio? imminentem judicis supremi iram pro fabula & joco? æternatura supplicia pro deliramento? quin aliquando tandem ad vocem evocantis judicis, ad sonitum comminantis ætheris, ad fragorem pereuntis universi *respicite, & levate capita vestra*, & præparate corda vestra, ut adveniens Judex stantes, non jacentes; vigilantes, non dormientes; paratos, non desperatos inveniatur, ac pronuntiet beatos.

S. 2.
Veneno Quam vereor, nè soporifero complures Auditores mei infecti vene-

no stertant sui securi in utramque aurem, præsentibus intenti, futurorum incurij, ideòque æterno exitio proximi. Necat intempestivus sopor, fallit quies, extinguit securitas, ea præsertim, quæ de salute animæ concipitur. Aspidis furdæ tabo intoxicati non sentiunt se mori, non curant interire, non timent æternum conflagrare. Aspidem enim teste Plinio venenum instillat homini, quem momorderit, ut is in somnum prolapsus non amplius evigilet. Aspidem agit voluptas, quæ dulci veneno inducit oblivionem Dei, & lethalem animæ somnum conciliat. Aptissimè Hugo Cardinalis in illa Psaltis verba: super aspidem & basiliscum: *aspis est somnifera, quia quem momorderit, vadit ad interitum. Delectatio intelligitur per aspidem, quæ dormire facit, & dormiendo mori.* O si super hanc aspidem innoxio pede ambulare liceat, & dulce lethiferæ voluptatis venenum cauto castòque calle conculcare. *Expergiscimini ebrij, Vino vitiorum, somnòque sepulti, flete & ululate omnes, qui bibitis vinum, imò venenum aspidis in dulcedine.* Venenato hoc vino ebrius fuit Monachus ille, de quo occultus testis B. Petrus Damiani: In Perusino monasterio sancti Salvatoris, cui nuper & ipse præfui, Monachus paulò antè fuerat nomine Guzino

Aspidis intoxicantur peccatores.

Plin. l. 21. c. 31.

Joël. 1. v. 5

Damianus. tom. 3. biblioth. PP.

A

astu.

Philippi Hartung Concio tergemina.

PHILIPPICA I.

„ astutus nimis, sæcularibus con-
 „ tentionibus vehementer intentus.
 „ Hic dum & immutandis Abbati-
 „ bus, & Fratribus perturbandis
 „ æstuans non quiesceret, ad hoc
 „ usque pervenit, ut diaboli ad su-
 „ perandos æmulos patrocinium
 „ quæreret, ejus ditioni etiam se
 „ corporaliter manciparet. Cui
 „ tamen seductor Spiritus antè pro-
 „ misit, quòd tertio die, priusquam
 „ moreretur, suum exitum sibi
 „ nunciaret. Credidit infelix, &
 „ diu postmodum vivens ita sub
 „ hac deceptoris securitate per-
 „ mansit. Tandem in ægritudi-
 „ nem lapsus adfuit seductor, & fu-
 „ turum sicut sponderat abutum
 „ nuntiavit. Protinus ille advoca-
 „ tis fratribus, quæ cum nequissi-
 „ mo pepigerat spiritu per ordi-
 „ nem recenset. Cùmque illi in-
 „ starent, ut ageret pœnitentiam,
 „ confiteretur, Deum placaret, re-
 „ pentè ipse labebatur in somnum,
 „ ut nec pulsus, nec clamoribus ex-
 „ citari posset. illis verò contice-
 „ scentibus, & alia diversa, quæ pœ-
 „ nitentiam non concernerent, lo-
 „ quentibus, expergefactus respon-
 „ debat; Sed insensibili correptus
 „ sopore mox iterum audito pœni-
 „ tentiæ nomine obrigescebat, do-
 „ nec horrendæ morti traditus, in
 „ ejus devenit potestatem, cui se-
 „ pridem devoverat. Id ex eo mani-
 „ festum fuit, quòd per plures no-
 „ ctes nigra canum turba non ces-
 „ saret ejus sepulturæ assistere, &
 „ quasi depositum custodire. ò Reli-
 „ giosum ter miserrimum! cui nihil
 „ proderit *religiosi* nomen præseculis-
 „ se, nisi ut inde judicetur severius,
 „ damnetur profundius, excrucietur
 „ immaniùs. ò Somnum pestilentem!
 „ ò inducias insanas! ò furditatem ex-
 „ itialem! ò plusquam lethalem gra-
 „ tiarum divinarum abusum!

S. 3.

Multos sibi infelix iste homun-

cio perfimiles habet, qui ad omnem
 excitantis gratiæ sonitum furdi, o-
 perari bonum, dum tempus ha-
 bent, negligunt, tempus non habi-
 turi, cùm fortasse volent operari,
 fatuarum more virginum, quæ dor-
 mitaverunt omnes & dormierunt,
 somnum impœnitentiæ, mediâ au-
 tem nocte, intempestivo profus
 tempore, cùm clamor fieret: ecce
sponsus venit exite! serò nimis ve-
 nerunt ad nuptias, nec spatium pœ-
 nitentiæ invenerunt; *illud illud cave-
 re debemus* (monet in psalm. 62.
 Hipponensis orator) *nè ipsa a-
 nima nostra dormiat. malus est ani-
 mæ somnus, somnus animæ est obli-
 sci Deum suum*, atque ad omnem
 clamantis Verbi vocem obsurdesce-
 re. Ut Cyrum Regem, cœlestibus
 quidem cumulatam favoribus, ob-
 duratum tamen flagitijs excitaret
 Deus, hæc Isaïæ ore in clamavit: *hec
 dicit Dominus Christo meo Cyro: vo-
 carvi te nomine tuo, assimila vite, &
 non cognovisti me.* Isaï. 45. v. 4. fur-
 dâ aure præterivit Cyrus, inquit
 Rupertus, quia dæmonium furdum
 in aure habebat, ex quo plerique
 peccatores laborant, ut audire,
 verbum Domini, vel auditum intel-
 ligere non sinantur. *Surdum dici-
 tur demonium*, ait Titus Bostrensis
 in c. II. Luc. *quòd hanc ingerat passio-
 nem, ut non audiatur divinum ver-
 bum: nam demones auferentes apti-
 tudinem humani affectus, obtundunt
 animæ nostræ auditum.* Excusabat
 se Moyses ab egregio concionato-
 ris aulici ad Pharaonem munere ob-
 vocis suæ graciilitatem: *obsecro Do-
 mine, non sum eloquens, impeditioris
 & tardioris lingue sum.* Exod. 4. v.
 10. qui enim Regi loqui debebat, ait
 Dionysius Carthusianus, & de arduis
 causis, indigebat voce tubali. Cur
 vox tenera non sufficit? quia nove-
 rat Moyses ad obstinatos peccatores
 sibi esse loquendum, quibus pro-
 fun-

Ingens
peccatoris
furditas.

Dionysius
Carthus:
apud Padil-
le in Haba-
cuc. pag.
365.

fundâ furditate itâ aures obtusæ, ut neque voces validas exaudiant; quare, nè furdo fabula caneretur, & officio suo Prophetes non responderet, vocis suæ tenuitatem præterdit, impetravitque in viâ comitem, & verbi ducem Aaronem, qui voce velut tubali clangeret, & aures regias penetraret. Surdi sunt peccatores, quia furdo dæmonio infessi, & veneno aspidum intoxicati, ut vocem Domini non audiant. Simulacrum peccatoris exhibuit Lazarus in quatruiduano foetidus sepulchro, ex quo vitæ auctor evocatur miserum: *voce magnâ clamavit: Lazare veni foras.* Joannis II. v. 43. cur clamorem Jesus intendit, cujus vocem in plateis non audiendam vates Evangelicus prædixit? violentiâne opus, ut Lazarus extrahatur de sepulchro? an sepulchralis fossa renuit reddere depositum, nisi voce grandi mors deterreatur à spolio? nimirum mors consensuit, & gravioris jam est auditus; imò insensatus peccator itâ induit, ut insolito opus sit clamore. Validissimâ voce Verbum utitur, ut doceat amissum à peccatore esse auditum, faciliusque esse, ut insensibilia vocē exhortationis audiant, sicut vocem Josue sol audivit, voci Eliæ coelum obediit, voci Salvatoris venti & maria parvère, quàm ut peccator divinam exaudiat vocem, convertatur & vivat.

Jeroboamum protoregem Israëlis, fiscalem nuper Salomonis, postea rebellem ac exulem, nunc verò sacrilegum apostatam, ut ad mentem Deus reduceret, prophetam Addo submitit, qui sacrificulo regi exitium intimaret, & impietatis novæ interitū (qui trecētis quinquaginta post annis accidit) prædiceret. Erexerat pseudopoliticus Rex duo delubra, alterum in urbe limitanea regni Dan Aquilonem versûs; alte-

rum in Bethel, quod austrum spectabat; in iisque duos aureos vitulos sub nomine *Apis & Serapidis* (more Ægyptiorum, apud quos biennio exul) adorandos populo proposuerat. Contra hanc impietatem jussus exclamare propheta, vocem non in Regem, sed aram intendit: *exclamavit contra altare in sermone Domini, & ait: altare, altare.* 3. Reg. 13. v. 1. cur altare increpat, cujus culpa fuit nulla, sed Regis sacrilegi hæc fuit impietas? cur palàm Rex non reprehenditur, qui propalàm deliquit? metusne ac vitæ inordinatus amor ora vatis conclusit? non metus, sed ingenium prophetæ hic emicuit; quia enim duriolem lapide noverat esse Regis animum, & quovis marmore furdiores adstantium aures, rectè lapides potiùs, quàm homines allocutus est, quia præ his illos vocem clamantis noverat audituros. Altare enim, ut vocem excepit, in medio scissum est, & cum fundere lacrymas non posset, cineres effudit, quos furdorum auribus interendos suggerebat, ut & ipsi divinam vocem admitterent. *ait: altare, altare,* inquit Dionysius Carthusianus, *non quòd altare potuerit verba intelligere, vel audire, sed propter astantes ad altare verbum direxit, ut ipsi adverterent.* at non adverterunt lapidibus omnibus duriores, æternæque reprobationis calculo, vel ipsorum iudicio lapidum ter dignissimi. Scripserat Deus legem suam in tabulis lapideis, prænoverat enim judæos omni marmore fore duriores, de quibus Jeremias in persona Dei longè antè lacrymabatur: *induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti: ideo inducam super eos mala, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.* Nihil de Deo audire, nihil scire & intelligere vult peccator; nihil vicissim

Jerem. 5.
v. 3.

PHILIPPICA I

de absurdo homuncione scire, nihil laudum & obsequiorum ab eodem acceptare Deus dignatur.

§. 4.
Peccator
bestijs de-
terior.

Elegans est observatio Chryso-
stomi homilia de presbyteratu suo,
cur Psaltes invitans ad laudem Dei
universas creaturas peccatorem
prætereat: *laudate Dominum de cœ-
lis*, in cœlis cum peccator non sit,
sub hoc titulo nequaquam compre-
henditur: *laudate Dominum de ter-
ra, dracones, & omnes abyssi, ignis,
grando, nix, glacies, spiritus procel-
larum*, nulla in his mentio peccato-
ris, quia scilicet non facit verbum
Dei, sicut enumeratæ creaturæ,
quæ faciunt verbum ejus. Cur er-
go ranas potius, & formicas ad lau-
des Dei evocas ò divine Psaltes,
quàm peccatorè? respondentè au-
dio: quia formica perpetuo occu-
pata labore Deo gratior est, quàm
otiosus peccator; rana in suo lacu
coaxans Deo gratior est, quàm blas-
phemus peccator; musca unâ aquæ
guttulâ contenta D E O gratior est,
quàm helluo peccator; scorpio non
mordet nisi irritatus, peccator De-
um hominésque pungit, etsi non
nisi beneficia acceperit; Lupus non
nisi fame urgente vitæ necessaria
rapit, peccator etiam superflua; ur-
sus cadavera non invadit, peccator
nè mortuis parcit; Leo prostratis i-
gnoscit, peccator conterit; exclam-
at proinde Chrysofostomus: *mala
bestia peccator est, ideòque peccato-
rem è sacra pagina abegit propheta,
ac ultra fines & pomeria submo-
vit*. Quæ cum dixisset, conticuit Chry-
sofostomus, atque ingemuit, ac tan-
dem sic profecutus est: haud frustra,
neque temere, dum hæc loquor,
interfilui, quid enim miserabilius!
parum est, peccatorem vocari *canem*
Jl. 46. *equum* Jerem. 5. *Leopardum*.
Oseæ 13. *jumentum* ob stoliditatem
psal. 15. omnibus bestijs postponi-
tur, dum à laudibus Dei excluditur;

vel certè ideo ad laudes non invita-
tur, quia frustrâ adhortationes om-
nes fore prævidetur, vel laudari
à peccatore D E U S non curat,
quo vilissimis sordibus se postpo-
situm fuisse meminit. Nihil de Deo
scire peccator voluit, nihil vicissim
de peccatore scire vult Deus. Au-
diatur Chrysofostomus homil. 19. in
Matth. *peccatores nescit Deus, non
quia non cognoscat, sed quia suos il-
los non cognoscit*.

Ingens omninò hæc est pecca-
torum insensatio, quòd Deum tam
vilipendant, ut vilioris eum facere
non possint. quid sunt hodie per-
juria & blasphemiae apud Christia-
nos? proverbialia & interjectiones.
quid lasciviae & infames libidines?
civilitates & amœnitates. quid de-
tractiones & murmura? joci &
oblectationes. quid vindictæ & cæ-
des? inclytæ generositates. sciunt
peccatores, quovis se peccato mor-
tifero Deum perdere, & in Deo om-
nia; nec tamen pensi habent, sed
cum Henrico V I I I. Anglorum Re-
ge apostata scyphum manu tenent
bibituri Numinis iram, & scientes
volentésque exclamant: *amici om-
nia perdidimus*. perdidimus grati-
am thesauris omnibus potiozem,
perdidimus pignus gloriæ, deco-
rem animæ, pacem conscientiae,
perdidimus veram formam homi-
num ad similitudinem Dei condito-
rum, fraternitatem angelorum, fi-
liationem Patris, hæreditatem Filij,
charismata spiritûs Sancti, & tamen
iniquitatem sicut aquam bibimus,
cachinnamur, tripudiamus, nec
mali quidquam somniamus. De-
mus tamen per peccatum non clau-
di paradisum, nec aperiri infernum,
non obscurari lumen intellectûs,
non enervari vires corporis, nul-
lùmque aliud inde emanare incom-
modum, quàm quòd Deus hostis
tuus factus sit; hoc, hoc unum suf-
fic

§. 5.
Deum
habere ho-
stem, quàm
terribile
sit.

ficat, ut horrescant capilli, contremiscant artus, attonetur animus, lapidescat affectus, totûsque momento abeas in monstrû. Ergone Deus hostis tuus sit? ille Deus cuius terrâ calcas; cuius aërem hauris; cuius igne foveris; cuius aquâ humectaris; cuius sunt cœli, qui te dirigunt; cuius sunt Angeli, qui te custodiunt; cuius sunt feræ, quæ tibi inserviunt? ergone hostis tuus sit ille Deus, qui nullum habet nævum, quo maculetur; nullum ævum, quo terminetur; nullum locum, quo circûscribatur; ille Deus, cuius cognitio est tua vita; cuius gratia est unica tua felicitas; cuius fruitio tua est gloria? ille Deus hostis tuus, quo non existente, tu non esses, quo favente nulla posset esse vis, quæ te prosterneret; nulla infamia, quæ te confunderet; nulla penuria, quæ te affligeret; nulla tempestas, quæ te mergeret; nulla creatura, quæ te inquietaret? ille Deus, qui si velit te perdere, nihil est, quod te conservet; si velit te affligere, nihil est, quod te recreet; si velit te dedecorare, nihil est, quod te honestet; si velit te extorrem, nihil est, quod te admittat. ille Deus, à quo in omni perplexitate haberes consilium; in morbis remedium; in paupertate alimentum; in persecutione asylum? ille Deus, contra quem nulla valet ingenij subtilitas ad præcavenda pericula; nulla securitas ad evadenda adversa; nulla potestas ad mitiganda supplicia? ille DEUS principium tuum & finis, merces & hæreditas, pater & Judex, ille tuus hostis? quâ fronte & conscientiâ speres terræ fructus, cum tuus hostis sit ille, cui serviunt stellæ, quæ semina fovent; ros, qui semina lactat; pluviam, quæ prata irrigant; aura serena, quæ messem maturat? quo cerebro speres subtile ingenium, maturum iudicium,

tenacem memoriam, si ille hostis tuus sit, qui solus est scientiarum Dominus? quo titulo speres sanitatem, si ille tuus sit hostis, qui aërem purgat, aquas sanat, humores temperat, vitæ dominatur & morti? conclamatum contra te est à creaturis omnibus: *Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.* psal. 70. v. 11. Contabescunt filij hujus sæculi, cum audiunt potentem quempiam principem implacabiliter sibi offensum [sicut contabuere tres illi Grandes Hispaniæ, qui, quod à Philippo III. propter procacem in templo gravitatem audissent: *non placetis nobis*, alter extemplò in amentiam perpetuam incidit, alter intra horas pauculas funus fuit, alter sensim contabescens vix aliud posthac in ore habuit, quàm triste verbum: *nondum in gratiâ redi?* quin & paucissimis ab hinc annis aulæ ejusdem Minister primarius & Regis Catholici filius naturalis, cum audisset, in Augustissimæ Majestatis disgratiâ sese incurrisse, neque epistolam suam benigno obtutu respectam fuisse, tanto mœrore obrutus est, ut paulò post tristem egerit animam) si inquam contabescunt filij hujus sæculi ob terreni principis gratiam deperditam, proh quanto nos dolore, pudore, mœrore, tremore obrui necesse foret, si seriâ consideratione triverbium istud expendemus: *Dei hostis sum.* at non dolemus, non mœremus, non movemur, quia marmora sumus, omnibusque marmoribus duriores.

O si vox mea, vox esset virtutis, ut ex his lapidibus suscitare possem filios Abrahæ, ex his marmoribus fabricare statuas Memnonis, quibus ad ortum solis ora ad plantum pœnitentiæ, inque laudes divinæ misericordiæ, & ferium salutis desiderium resolverentur. **Do-**
man-

§. 6.
Vivum simulacrum peccatoris



Spec. ex-
empl. dist.
9. exempl.
209.

mantur ferro & igne marmora, cavantur aquarum guttis lapides, adamas ipse sanguini cedit, & non cedent peccatores sanguini & lacrymis benignissimi Jesu, imò ferro & igni vindicis justitiæ in exitium peccatorum semper armata? Narrant historiæ [ingeniosum interpretor figmentum] Regem fuisse, qui rideret nunquam, dormiret parum, comederet minimum, palleret semper & paveret. Cui cum ignaviam exprobraret consiliarium intimus & cognatione germanus, sequentem in modum à Rege vigiliarum pavorisq; causam edoctus est; sedere die postera consiliarium suum Rex fecit in sella fragili super puteum ignitis carbonibus plenum; constitutque satellites quatuor ex omni latere strictis gladijs irruentes, impendebat insuper capiti gladius acutissimus, qui à tenui dependebat filo. ad hæc in vicinia rauco clangore tubæ insonabant, quasi Martem ad prælia animarent. hic Consiliarium suum Rex jucundum jubet esse, epulari, Symphoniâs delectari, genio indulgere, aut si mallet indormiscere, at contra pavidus hospes pallefcere, ingemiscere, obtestari cœpit, libero sibi quantocyus esse liceret, non enim hic locum esse lætitiæ ac quietis; cui Rex: an vigiliarum tu jam mearum causam assequeris? thronus meus, etsi regius sit, hæc tamen sellâ fragilior est, infernè verò immane patet barathrum, in quod quovis momento possum incidere, impendet capiti gladius divinæ justitiæ certocertius in caput hoc vibrandus, cum primum tenue vitæ filum abruptum fuerit, ante me mortem aspicio, quam evadere non valeo; à tergo peccata mea contemplor, quæ nunquam non conscientiam lancinant; stant à sinistris demones, qui noctu & interdiu exiti-

um meum moliuntur; à dextris boni angeli gladios ancipites minantur ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad hæc feralis tuba auribus meis fatalem lessum insonat, atque ad tribunal justitiæ invocat. quâ ergo fronte, quo ore, quo pectore lætitiæ & jocis vacabo, cum tam seriò res agatur? dixit & consiliarium suum sanioribus instructum cõsilijs dimisit. ò peccatores ad hoc spectaculum respicite, & levate capita vestra, impendentem justitiæ gladiû timete, qui animam à corpore, corpus ab omnibus charis, vos totos à Deo, à cœlo, à beata æternitate dividet. mortem prospicite, quæ supremas minatur arenulas & fatalem intencat ictum; videte apertum infra pedes vestros barathrum, in quo tormenta immania, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit. An non projecta post tergum peccata continuo vos inquietant, pungunt, vellicant, laniant & lancinant? si quis tamen adhuc in vobis sensus est; an non dextrorsum boni angeli flammeos intentant gladios, quibus grandes illas Regi immortalis à vobis illatas iniurias ulciscantur? an non jurati in exitium vestrum tenebrarum principes ad præcipitium vos sine mora impellunt? respicite, & levate capita vestra, quia manus Omnipotentis nec vivi, nec mortui effugietis. quanta prohi Deum justum! quanta vestra erit confusio ac trepidatio, cum liberati de corpore mortis hujus grandissima vestra spectabitis flagitia, nec tamen credetis fieri potuisse. Credite Eusebio Gallicano asseveranti, animam cum primum è tempore in æternitatem concesserit, ante omnia stupere, quomodo talem ac tantum Deum pro re nihili offendere potuerit, & exclamare: ubi estis concupiscentiæ? ubi estis illecebræ? ergone

Eusebius
apud Jug-
1 rem Conc.
27. quadr.
num. 3.

gōne ad horam mihi momentaneas & fugitivas ingessistis delectationes, ut aternas postmodum inferrent angustias? nimirum quamdiu in corpore degit peccator, non nisi bona & mala corporea sentit, ideoque de amisso brachio dolet, de peccato admisso gaudet (ut observavit Aristoteles lib. 2. Rhetor.) damna spiritualia, cum sub sensum non cadant, nihili ducit; certè si primo patrato scelere minueretur peccator digito, pro altera noxa truncretur naso, pro tertia privaretur oculo, & post quodlibet peccatum membro aliquo corporeo destitueretur, quàm citò purus sceleris & vitæ integer foret; cum verò Deum

& animam perdit, damnum non sentit, quia sensum perdidit, at erit tempus, quando apertis mentis oculis immania damna, quæ in caput suum peccando accersivit, videbit & irascetur, trepidabit, dentibus suis fremet & tabescet. contra quod tabum respicite peccatores, dum potestis, & respiscite; levate capita & corda vestra ad patrem misericordiæ, nè in fulmineas severæ justitiæ manus, in lamentationes & væ æternum incidatis.



PHILIPPICA II.

In Luxuriosos.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Joannes in vinculis. Matth. II. v. 2.

S. I.
Ob reprehensam luxuriam multi vinculis & morti addicti.



Emo diu inquirat, cur in vinculis hæreat Joannes. *Philippicam* pro Philippo herodis fratre in raptorem adulterum dixit, uxorem legitimo restituendam marito monuit, libidinem regiam acriter perstrinxit, hinc ad vincula cœlestis præco rapitur, constringitur, captivatur, & divini libertatem oris squalore carceris, imò diminutione capitis luere jubetur. ergo infrunita Regis luxuria vincula injecit præcursori? ita est, damnatur ad compedes castissimus Ioseph à luxuria adulteræ; adducitur in supremum vitæ discrimen liliata Susannæ in-

tegritas à luxuria inveteratorum nequitia; Joannes pariter ab impiissima Herodis luxuria in vincula compingitur. ò luxuria hostis gratiæ, persecutrix veritatis, innoentiæ tyrannis! heu quot præcones veritatis, quia liberè pro castitate dixerunt, & Joanneum illud: *non licet* repetierunt, vinculis & feræ morti sunt addicti. Sic Kilianus Franconum Apostolus à Gosberto Herbipolensium Duce; Sic Stanislaus Cracoviensium præful à Boleslao Polonorum Rege; Sic Ioannes Fischerus Angliæ Episcopus & Cardinalis ab Henrico VIII. interiit; Sic nuper in aula madritensi (quod ipsemet Rex Catholicus Philippus IV. veritatis con-